mulcare iniurias. licet cognoſcat quid ſit. Nam ſaul diſſimulabat prudenter nō audire male de ſeipſo loquētes. vt patet. i. Regum. x. in fine.
Cognouit iudas dolū nichanoris. et ſe prudenter extraxit ij. Machabeoꝝ. xiiij. Symō cognouit dolum triphonis. et tamen fecit quod petijt vt ſcandalū vitaret. i. Machab. xij. Volens paulus ire in ſyriam cognoſcens paratas inſidias caute declinauit. Act. xvij. Paulus prudēter aduertens fraudem volentium eum ducere in hieruſalem ceſarem appellauit. Actuum. xxv.

Capitulū. 114.

De pueris bone indolis.
Pueri boni male agentibꝰ ſunt diſſentientes.
Suis parētibus ſunt obedientes.
Rebus decētibus ſunt ſe exercentes.

Ueri bone indolis ſunt obedientes parentibus: nec murmurant quādo aliquid eis precipitur. Nam yſaac nō legitur murmuraſſe quando pater eū voluit immolare et occidere. Geneſis. xxij. Quando dauid delebat vngi in regē erat puer et paſcens oues tanquam patri obediens: i. Regum xvi.

Pueri boni cognoſcuntur ſi vicia et malas ſocietates odiunt. Nam Joſeph tanq̄m crimen odiens accuſauit fratres ſuos crimīe peſſimo. Geneſis. xxxvij. Thobias cum eſſet iunior ſic puerilia vicia odit ꝙ nichil puerile geſſit: Thobie. i. Septem fratribus adoleſcentibus ſic erat odium ſacrilegium vt crudeles ſuſtinerent penas. ſecūdo Macchabeorum. vij. capitulo

Pueri boni ſe ad bona exercitent. et eccleſias et loca ſancta frequētant. Nam ſamuel adhuc puer miniſter erat in conſpectu domini vt patet. i. Regum. ij. i. Machabeoꝝ. iij.

Joas erat ſeptem annorum cum regnare cepiſſet et fecit bonum coram domino. quarto. Regum duodecimo caplo. Daniel et ſocij eius ſine magiſtro legem ſeruantes ſobrie et ſancte inter pueros gentiles vixerunt. Danielis. i. ca.

Johannes baptiſta conforta-
bat ſpiritu et creſcebat. ⁊ erat
in deſerto vſqꝫ ad diem oſten
ſionis ſue. Luc. ij. Jeſus puer
duodennis inuētus eſt in tē-
plo inter doctores et deſcēdit
cum parentibus ſuis ſubdit⁹
illis omnibus pueris in exem
plum. Lu. ij.

Capitulū. III.

De punitione delinquētiū.
Punit deus delinquētes p
pter peccatū transgreſſiōis
obedientie non ſequendo.
Monſtratiōis incōtinen-
tie laſciuiendo.
Elationis et excellentie ſu
perbiendo.
Rebellionis ſue potētie va-
na coſendo.
Turbationis impatientie
iram ſequendo.
Detractionis et inuidētie
murmur ferendo.
Exarſionis ⁊ affluentie in
Repletionis (appetendo.
et corpulentie in comedēdo.
Preſumptiōis irreuerētie
in decidendo.
Oſtenſionis et preferentie
ſe proferendo.
Omiſſionis et negligētie
non exercendo.

Punit deus
peccatū inobedientie.
Nam primi parētes grauiter
puniti ſunt propter peccatuꝫ
inobediētie q̄ credebāt nō gra-
uiter puniri Gen. iij. Colligēs
ligno in ſabbato cōtra dei p̄-
ceptū fuit de dei iuſſu popu-
lo lapidat⁹ Nume. xv. Quia
ſaul fuit inobediēs deo in ce
de amelech reprobat⁹ a regno
i. Re. xv. Vir dei q̄ voluntatē
dn̄i comedit panē in domo
prophete fuit a leone occiſus
iij. Re. xiij. Ciuitatē ſctām p-
miſit deus deſtrui et populū
captiuari ꝓpter inobedientiā.
iiij. Regū. xxv. Punit pec-
catū luxurie. Nam originale
mundū nō pepercit. ſed pene to
tum aquis diluuij deleuit. qꝛ
omnis caro corruperat viam
ſuā luxurioſe viuēdo Geneſis
vi. et. vij. Quīqꝫ ciuitates ſe
tenti ſulphure et igni deleti
ſunt ꝓpter peccatū contra na
turā. Gen. xix. Propter pecca
tum cōmiſſum in vxorē leuit-
te quaſi tota trib⁹ beniamin
fuit deſtructa. Judicum. xx.
Punit de⁹ peccatū ſuperbie.